



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

VIII. An per alias rationes præfatæ liceant præfinitiones.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94274](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94274)

xi. Sed tamen nihil horum, fit semel, vel maioris virtutis alacritas, vel naturæ prioris præcedat, potest, purificata esse illius conditione, abolerè voluntatem non sinit, sicut esse suppositione consensus sui absoluti purificata conditione, nec, sit, facere absolute nequit: esset enim potestas ad coniungendum cum actu eius negationem, et contradictorium, quæ chimerica omnino potestas est. Sine hac verò potestate faciendi, non absolute sit consensus voluntatis, qui semel est, purificata conditione, ne præcedat, sine præcedente, quæ semel sunt, et præcedunt, sine pro illis, et præcedant ne fuerint tamen, nec pro suis finibus ea omnia præcellerint, absolute potestas voluntatis est, si quidem, cum futuritio conditionata sub eius auxilii hypothese, et conditione, et subinde reliqua præfata ipsi inintentioni à consensu absoluto voluntatis contingentis purificata conditione in sui positione pendeant (quæ à libera omissione consensus purificata etiam conditione reici absolute potest) futuritio conditionata, et præfata ipsi inintentioni impediri absolute possunt, ne pro suis finibus fuerint; tamen verum est plane, in voluntate non posse esse potestatem absolutam posita conditione ad præstandum ne illa semel posita, siue ex suppositione quod suis quæque signis præcellerint non sunt, nisi sit potestas ad omissionis absolute consensus posito etiam absolute consensus: cui, ut diximus absolute futuro, et talis purificata conditione futuritio eiusdem conditionata et præfata reliqua eam supponentia innunantur. Verum de pendentia hæc præscientiæ conditionatæ obiectiva solum ac subinde prædestinationis à futuritione conditionata, ac demum, cum purificatur conditio à futuritione absolute consensus, cui conditionata veritas, et futuritio innititur, nec tanquam à morali dispositione, merito, ut morituro prædestinationis est, ut dixi, sed tanquam à materia capaci, quæ prædestinatione à Deo ad finis inter infallibilem affectionem assumi possit: nisi enim auxilium habierunt effectum, si daretur, et esset, et præfata inter apta media prædestinationis ad salutem prædestinationis infallibiliter obuiendum Deo non forent: sicut in aucterisum præmissionem sententia salus, et consensus, et subiectum præfationis præfationi à Deo minime possent, si essent impossibiles: ac proinde earum possibilitas ad Dei præmissionem, et scientiam simplicis intelligentiæ quæ præmissiones illæ regulantur necessario supponitur ac subinde quod hæc à consensus, et salutis per eam præmissionem præfationis tanquam à materia capacitate obiective pendent. Neque verò id obest quominus te prædestinationis virtus præ alio raro, et causa, ac proinde præfationi à reprobis differere penes Deum sit: ut quæ etenim materiam capacem, et obiective effectum prædestinationem suam, cum nemo sit, esse possit, et singulis, et omnibus auxiliis diuinis non sit consensus, ita ut nulli eorum omnium, quæ in Dei omnipotentia

Q V Æ S T I O V I I I.

An per alias rationes præfatæ liceant
præfinitiones.

ROBUSTIS hęc præfinitionum prædeterminatarum communibus impugnationibus nostrata etiam, leuioris fors armaturæ, placuit seorsim adnectere.

CERTAMEN I.

*Peculiares à ratione impugnationes contra
præfinitiones de se efficaces, &
prædeterminatiuas.*

Si impugnatione ex ipsa natura arbitrij, & voluntatis
soluitur, quomodo mobile ab alio solum determinatur,
et, propter obiecti propositionem, physice verò, si
ipsa tantum, mobilem semper inducat: imo ita censet
Valq. i. d. 26. n. 4 & 7. p. d. pug. c. 8. n. 1. afferens vo-
luntatem necessariam non posse ad amandum obediendum,
quo boni, & mali ratio repræsentatur: id quod, si mobile
ab alio physice esset non erat cur cum eo iudicio indetermi-
nenti non posset physice ab alio ad amandum determina-
ri, & impelli, & determinari, vice necessarii: quare non esse
physice mobilem ab alio supponit: quia si mobilis phy-
sice ab alio esset nulla assignari repugnatio posset princi-
pij alterius necessitatis illam, vis illic decretum præ-
determinatum consules extrinsecus, vice quasvis in-
trinsecæ voluntati inhæreres de seque connexa cum ob-
iectu, & ad illum irresistibiliter inducensque ut omnino o-
bscientia non solum reiicit, sed asserit Valqui reproba-
re. Huius principij consentit Guilielmus de Rabone in
i. d. 10. q. 2. art. 1. fine & i. d. 25. q. 1. art. 1. concl. 2.
arbitrium liberum necessitari non posse multis probat.
Nec solum librum formaliter intelligit; nihil enim altere-
tum esse liberum absolute, idem quare non esse so-
lutum necessarium ad operandum, etiam per adheren-
tios fit: quare loquitur de voluntate, & arbitrio cum iudi-
cio indifferente quod, vt dixi, si mobilis etiam physice vo-
luntas nostra sit, saluari non potest. Consentient etiam,
Th. 1. §. 6. q. 6. art. vi Conradus & Caiet. S. Bonavent. in i.
d. 25. p. 2. q. 5. & 6. art. 6. ægidius ibi q. 1. art. 3. ad ult. argum.
principale Ricard. art. 4. q. 1. fine, & 2. Durand. quæst. 4.
ad 2. & in 4. d. 29. quæst. vnic. S. Ad quæstionem. Pa-
dan. ibi quæst. 1. art. 1. concl. 1. quos omnes referi Ruz.
Scient. d. 53. sect. 3. n. 7. Mitto Marfilium, qui in poten-
tiam voluntatis, vt ab alio necessitate in immobilitatem
physicam illius ab aliquo necesse est in immobilitatem
intentionaliter visionē Dei necessitate possit volentem ad
eius amorem docere. Scito oppositum doceri ab Holsteio
in 1. quæst. 3. art. 3. p. 9. solut. ad 13. de *fieri* Ar-
lensti totus i. quæst. 7. num. 7. Riard. Tapper. art. 7. contra
Lutherum, Soto 1. de natur. & grat. cap. 6. col. 3. Bellar-
min. lib. 4. de grat. & lib. arbit. e. Suarez 2. de auxil. ca. 1.
de 19. metaph. Ruiz cit. d. 53. sect. 3. num. 9. & lect. 4.
6. & 7.

2. Cæterum; etsi non omnibus principium hoc nostrum
de physica voluntatis immobilitate ab alio constât fir-
que

3. Inde contra, de anima omnem voluntatis habitudinem diuersam ab speciebus viuidioribus, ac viuidiorem obiecti, & delectationis positiuæ, fæc negatiuæ cognitionem orientibus in voluntate relinquit, etque ad similes actus physice inclinarent, & impellentem neque ipsa physice mouere deberent voluntatem ex parte actus primi contra hoc principium, si diuersi ab speciebus obiecti, & præteritorem circa illud actuum voluntatis effent, si autem idem quod actus speciebus sint solum intentionales illam mouent, & inducunt, vt præe, De supernaturalibus autem habitibus ad actus supernaturales quoque voluntatis alia est ratio. Hi enim potentiam voluntatis de se se inchoant, incompletam, & partialem complent, quidem non autem ad actus præmouent, aut physice impellunt. Ratio autem huius principij ex natura ipsius voluntatis perenda est: quia cum voluntas, & appetitus potentia, & profectiua de se, & de se obiecti, sit boni profectiui, omnis actus physicus impulsus voluntati sufficienter & adequatè ex parte actus primi constituit, & in actu primo physice absolute potenti, ab alio ex parte actus primi physice adueniens, & mouens impulsus non solum superfluous, sed eius nature, & effentis disconueniens, & repugnans est: ex ea quippe parte inductionis à physico illo impulsu, & motione moui voluntatis ipsius natura præcedentibus, non se in obiectum propostum voluntas, & appetitus ipse mouet, & fert, sed ferunt, moueturque ab alio: quare nec motus appetitus facultatis est: quod cum actu appetitus, & voluntatis repugnat, qui effentia sua totus voluntatis, seu appetitus facultatis profectio, & appetitio est, qui quo à se ipsa solummodo in propostia obiecta physice actus ferri clauduit: quare locum physico impulsui, motioni, & inductioni ab alio omnino ab appetitionis excludit. Porro ex hoc principio appetitus ratio datur: cur voluntas in incognitum ferri nequeat. Si enim solum voluntas in incognitum ferri nequeat, propositiorem, mobilis ferri, non autem physice ab alio implicat aperte in incognitum, non à se, sed ab alio

Christoph. de Origen, de Deo Vno, Tom. I.

4. Recurrendum sane tibi erit ad rationem morionis exercite voluntatis à se in obiectum, quæ omni profectione ipsius ad obiectum sine obiecti sollicitatione, aut diffinitione boni, vel mali, quod in obiecto sit, propositione, & cognitione necessario habenda esse non poterit, sed hanc ipsam eandem ratio facta præcludit. Si enim, & à se, & ab alio mobilis physice voluntas finireque ita inter se motiones ista efficiantur subordinantur, vt altera sine altera dari nequeat; siquidem datur morio à se, quoniam morio ab alio physice præcedat, & sola intentionalis motione obiecti præcedere; cum non detur morio ab alio physice in obiectum, quia se ferat voluntas in illud, ac proutque quoniam præcedat morio intentionalis, sed ab alio adequate physice moueatur, & feratur in obiectum: hoc solum contendunt, qui voluntatem in incognitum ferri, quandoque posse volunt, posse, scilicet, physice ab alio ita in obiectum ferri, atqueque ex ea alterius motione actiue circa illud elicere, vt à se in ipsum non feratur, sed agatur, feratur, & rapiatur physice ab alio: sicur lapis proiectus in locum, in quem proicitur, est in deorsum, morio fit, & sua naturali virtute impulsu adiuue proiciens, tamen à proiciente, ne pò à se moueri dicatur: isti eius moria virtus non magis inclinare de se ad motum deorsum quam lumen, si cui voluntas potentia virtutis actiua, & potens ad odium, & amorem, profectionem, & fugam) planius non à se, sed à proiciente lumen, vel deorsum ferri, ac proici dicatur: quod si iterum dicas essentiam actus appetitus facultatis profectionem vel fugam esse, quæ dicunt appetitum à se, vel obiectu sequi, vel ab illo separari: quoniam aliquid ab alio alioque retrahitur, non fugit ipse, nec accedit: & qui ab alio alioque trahitur, non pergit ipse, nec accedit: dicitur tamen aduersarij non eos actus solos, prosequendi, vel fugiendi à se obiectum, posse elici physice à voluntate, sed coniunctionem, vel separationem ab obiecto ab alio physice trahente, & retrahente ab illo: quibus à ratione satisfacere non poteris, nisi autem omnem potentiam appetitus naturæ, & sensus tua talem esse, vt à potentia ipsa totus totus esse physice actiue debeat, neque secundum rationem vltimam ab aliena motione physica voluntatis posse provenire: vt nomina illa profectionis fugæ, & generale volendi, ferri appetendi, satis demonstrant, vt dicebamus.

y. Similiter ex eodem principio aperissima ratio datur illius facti apud Philosophos, & Theologos sententiae de impossibilitate, fieri incapacitate voluntatis, vt in actibus propriis violentiam patiatur, ac subinde omnis eius actus voluntatis necessario esse debeat: siquidem eo practique huius ratio desoluitur, quod omnis actus illius non nisi ex cognitione esse possit. Hoc autem, vt vidimus nisi ab alio physice immobilis sit eger defenditur. Porro contra hoc principium illud folio obicit potest (præter viationem hypochondriacam, & gratiam habituales a Deo independentem ab exercitio voluntatis nobis infusam) quod ex intentione finis, & actu imperantis voluntas ad medium electionem, & actum, sum eriam, imperatum physice videatur inducendum si intentio efficax, & medium vnicum sit ad finis consecutionem, & imperiū efficax ad eius medium electionem, & imperatum actum physice necessario voluntate inducit. Cæterum nihil horum physica promotione, & influxu prævio physico mouet voluntatem, sed sui præcisa formalis attentione voluntati ob impossibilitatem eorum cum actibus, aut omissionibus apponitis (vt n. de viatione hypothætica, & gratia ita a Deo positus, & infusus dicebamus) de intentione verò, & actu imperatæ. Ex quibus nunc arguitur, probatur. Siquide inductio physice voluntatis ex intentione finis, & actu imperatæ, siue libera, siue necessitaria

Z z z z medi

medij electionem, & suum actum imperatum elicien-
dum, etiam si influxiva inductio physica foret, tandem
in motum voluntatis à seipsa reduceretur. Siquidem à
seipsa voluntas imperante actu, & finis intentione mota
est: atque in eis motionibus implicite se ad electionem
medij, & actum imperatum mouit; præsertim si pro eo
instanti medium eligendum, eiusque commoda, & in-
commoda menti simul oberrabant: quod si tunc non
oberrabant menti, sed primum in sequenti instanti ad il-
lud, quo intentio, seu actus imperans concepti sunt: tunc
etiam intendere, & imperare, vel eos actus omittere, &
retrahi, incommodorum in prosequendo medio, ac ob-
iecto actus imperati representatione, voluntas à seipsa
potuit: quare in intentione, & actu imperante à se con-
ceptis, à se etiam sola implicite ad electionem, & actum
imperatum mota est, ac fortassis explicite: siquidem com-
moda, & incommoda eligendi medium, & actum impe-
raturum eliciendi pro naturæ posteriori pro priori naturæ
ad intentionem, & actum imperatum eliciendos antea-
cto (ut mente, & intellectione possunt) proposita voluntati
sunt: quia ratione non incongrue medij etiam vnicui ele-
ctio, & imperatus actus voluntatis cum efficacia inten-
tionis, & imperantis actus, libere nihilominus, elici po-
terit. Et tandem, tam intentio, quam imperans actus sui
assistencia formali, & impossibilitate cum electio-
nis, & actus imperati omissione, non influxu physico præ-
motio, & præmotio in eos actus, sed, ut summum, impe-
ditur, & à se quidem ipsa voluntatem determinat: cui
determinationi principium hoc nostrum non aduerfa-
tur.

6. Eo vero statuto principio in Thomistarum doctri-
na (ut iam ostendimus) firmiori, sic præfinitiones Thomi-
sticæ impugno, primo, voluntas creata non est physice
mobilis ab alio, sed mobilis ab alio intentionaliter: argui
eius actus nequit esse præfinitus prædeterminatiue à
Deo, nisi ipsa sit mobilis physice ab alio: ergo eius actus
non est præfinitus à Deo prædeterminatiue: ergo præ-
finitio prædeterminatiua Thomistica actus voluntatis
creata non est possibilis, sed omnino repugnans. Syllogis-
mus, & consequentia utraque legitime sunt: & de po-
stremo patet. Siquidem si præfinitio prædeterminatiua
actus voluntatis possibilis, ac non repugnans sit, nequit
non eiusmodi actus voluntatis esse præfinitus prædeter-
minatiue. Syllogismi maior est principium hæcenus sta-
tutum. Minor probatur: quia posita impossibilitate mo-
tionis voluntatis ab alio physice, seu physica immobilita-
te eius ab alio ad actus, motio ab alio omnis, quare, &
physica, impossibilis est: posita autem physice præmotio-
nis, seu prædeterminationis impossibilitate impossibilis
est præfinitio prædeterminatiua, quæ essentia sua non so-
lum physice prædeterminationis possibilitatem concer-
nit, verum & eius absolute existentie connectitur: ergo,
nisi voluntas mobilis physice ab alio sit, eius actus à Deo
præfinitus non est, ut in minori assumebatur. Maior est
statutum hæcenus à nobis principium, & in Thomista-
rum, quos impugnamus, doctrina certum. Ipsi enim vi ab
argumentis supra factis arbitri nostri libertatem (quæ
de fide est) tucantur, nec adeo aperte à Catholicis defi-
ciant, & in Calvinismum eant, conspirato docent: Ad
stante iudicio indifferenti voluntati nostræ necessitari
absolute illam ab alio, adhuc à Deo, minime posse. Hoc
autem nulla ratione valere defendi, si voluntas physice
mobilis ab alio sit ad actus suos: ergo voluntas physice
mobilis ab alio ad actus suos non est, sed omnino immo-
bilis. Minor (quæ sola in hoc disursu probatiorem de-
siderat) probatur: quia, si voluntas nostra præmoueri
ad suos actus physice potest, non est, cur, stante etiam
iudicio indifferenti, & retrahente ex parte, & inuitante
ex parte ad prosecutionem obiecti, nequeat ab alio præ-
motio aliqua physica (est alterius à Thomistica natu-
ræ) necessitari absolute ad illius prosecutionem, huiusque
libertatem absolute euertere, ut secundo argumento osten-
demus, & de se se patet: quia physice præmotio-
nis, seu liberam electionem voluntatis, seu penes iudicium
indifferentem, quod totam suam motionem intentionaliter
exercet, sed penes alium, qui physice præmouet: in quo
solummodo ostendi debet impossibilitas physica præmo-
tionis necessitantis absolute voluntatem ad actum, ad

quem ipse potest physice præmouere: sed eius virtutis
defectus nequit esse in Deo, à quo, si mobilis physice ab
alio voluntas ad suos actus sit, mobilis in primis erit:
ergo, si voluntas ad suos actus sit mobilis physice ab
alio, etiam stante iudicio indifferenti, poterit ab alio ne-
cessitari absolute ad illos, atque absolute amittere in eis
eliciendis libertatem.

7. Dices indifferentiam voluntatis constitui adæqua-
te per iudicium indifferens intentionaliter indifferenter
præmouens voluntatem ad prosecutionem, vel non pro-
secutionem obiecti, vel eius fugam: quare implicare sta-
re iudicium indifferens, ac non stare absolutam volunta-
tis libertatem, & indifferentiam ad prosecutionem, vel
non prosecutionem obiecti, eiusque fugam, quæ pugnat
cum absoluta eius necessitate ad prosecutionem, ab alio
per physicam quamvis, & cuiusvis conditionis sit, indu-
cenda voluntati. Hanc solutionem ethnici fatalibus, at-
que hæreticis præcis prædeterminatoribus à Patribus, &
Conciliis damnatis familiarem, pluribusque rationibus,
imo & consequentia Thomistarum aduerfam, ostendi-
mus supra. Sed vniuersaliores rationes, atque à materia
præfinitionis prædeterminatiue, & physice præmotio-
nis abstrahentes hæc referabimus: ut eo receptaculo ex-
clusos Thomistas deprehenderemus facilius in aperto palan-
tes. Arguo sic: etiam potestas indifferens, & libertas vo-
luntatis in actu primo, iudicium indifferens requirit, & in-
determinationem motionis intentionalis, tamen non in eo
stat adæquate ea potestas indifferens, & libertas volun-
tatis in actu primo: sed vterque, & principalis claudit
actum indifferenter potestatem voluntatis ad opposi-
ta: ergo, si stante iudicio, & motione intentionali indi-
ferente, non staret activa potestas indifferens voluntatis,
non staret absolute libertas in actu primo voluntatis: si
ab alio physica aliqua præmotio (non dico benignissi-
ma, & suauissima qualem Thomista suam esse volunt,
& vendicant, esseque modo permittit) acerrima, ferrea,
& aculeata, tra in actum suum ageretur voluntas, ut ab-
solute necessitaretur actiue ad illum, non staret simul
absolute libertas voluntatis in actu primo, & eadem
absolute in actu primo necessitas: siquidem, ut prima
consequentia inferbat, non esset absolute eius libertas
in actu primo, sine virtute coexistentia repugnans, quæ
solutione aduersariorum futura afferebatur. Prima vero
consequentia negari, nisi ab stupido homine, nequit. Est
enim huic similis conclusio. *Homo claudit essentialem
animam rationalem, & corpus: ergo desiciente corpore
non est absolute homo, etsi anima perseveraret.* vel si ad
aliud quidpiam duo requirantur: *ergo non sufficit corpus.*
Nisi illa tibi conclusio magis ardeat, quæ rursus plu-
ribus adiunctibus aliquando, diu mouit. *Requirantur ad
probationem iuridicam duo, ut minimum testes: ergo
sufficit unus.*

8. Igitur antecedentis probatio totum, sed fere mi-
lum, negotium erit. Probatur primo: quia ad indifferen-
tem potestatem, & libertatem in actu primo requirunt
actiua indifferentia voluntatis præter intentionalem in-
differentiam iudicii proponentis. Si enim determinatiua
actiue ad vnum voluntatis potestas esset, etsi indifferen-
ter ipsi obiectum proponeretur, non esset absolute eius in
actu primo absolute libertas: ergo actiua etiam potestas
indifferens, nec solum intentionalis per indifferenter
obiecti propositionem, constituit libertatem voluntatis
in actu primo. Confirmatur. Nam appetitus brutorum
in actu primo cum indifferentia, & tamen
sæpe proponitur obiectum cum indifferentia, & tamen
libertatem in actu primo non habet, quia neque habet
alterutrum eligendi actum potestatem, sed iustitiam ad
vnum, quod vniuersus proponitur agi solummodo possunt:
quod si & obiecta duo æque commoda, ac æque vniuersi
proponantur, neutrum prosequi potest, ut de celestibus
asino Buridani vulgo dicitur. Secundo probatur à priori
ex definitione causæ, & potentie liberæ apud Philoso-
phos Patres, & Theologos deicantissimam, à nobisque
cum ex his, tum rationibus naturalibus statuta, & de-
monstrata, cert. i. quæst. 7. ex ea quippe constat potestatem
indifferentem causæ liberæ, seu eius in actu primo
libertatem esse ad operandum, seu agendum, vel non
agendum, vel etiam ad agendum oppositum: ergo po-
testas indifferens, in qua causæ liberæ, seu voluntatis libe-
tas in actu primo formaliter stat, tota tota in potestate
actiue

actiue indifferente cause libera, seu voluntatis formaliter, & directe constituitur; & si indifferenter obiecti propositionem, quia in incognitum ferri nequit, necessario præsupponat, argue, vt conditionem indispensabilem prærequirit: ergo indifferencia actiue potestatis libertatem causæ liberæ in actu primo non potest non constituere; quæ eam indifferencia intentionalis indifferenti obiecti propositione constituit: siquidem actiua indifferencia in linea eadem actiuitatis potestatis, in qua libertas in actu primo voluntatis est, omnino inuenitur; secus autem intentionalis indifferencia propositionis obiecti, quæ actiuitatis lineam, in qua ipsa non est, minime complet, sed tantum vt conditio necessaria viam voluntati aperiens, vt facultate sua progrediatur, sistat, vel fugiat ostendens, prærequiritur. Et sane non menti solum, sed, vel sensui ipsi, absolum est: conditionis indifferencia, non autem facultatis actiue, in qua, & libertas in actu primo est, & à cuius indifferenti potestate egredi operatio, & effectus debent, vt liberi sint, & fiant, ad libertatem voluntatis requirit. Si autem actiua voluntatis indifferencia ad libertatem eius in actu primo, non æque solum, sed & principalis, & directus, quam indifferencia intentionalis propositionis obiecti, formaliter constituendam, & actiuitatis indifferencia concurrat: est intentionalis actiue, si actiua, ex acri, & inflexibili aliqua physica præmotione necessitante absolute voluntatem ad suos actus & prædeterminante etiam ad se sola necessitas absoluta erit. Quare & stante indifferenti obiecti propositione, si mobilis physice ab alio voluntas creata sit, nulla erit repugnantia in eo, quod necessitate absoluta physice ab alio in suis actus præmouetur: ergo voluntatem non posse necessitate absolute physice ab alio moueri ex nostro hoc principio vix probandum est, quod voluntas physice mobilis ab alio non sit.

9. Dices iterum libertatem voluntatis in actu primo non stare in sola indifferencia intentionali propositionis obiecti, sed in ea, & actiua potestate voluntatis entitativa ipse intrinseca: quæ nulla, quantumvis acerrima, & flecti necia præmotione physica ab alio destrui absolute potest: quare neque induci ab alio absolute necessitas operandi in voluntatem, quin simul absolute necessitas, & absoluta libertas, ad operandum, scilicet contradicere, iungantur. Sed contra primo: quia stante indifferencia intentionali, & entitativa intrinseca, & essentiali actiua voluntatis potest si mobilis physice ab alio hæc sit sine vlla repugnantia ex parte actus primi, & actiuitatis, tam influxiue, quam pure impeditiue absolute ab alio physice necessitari, tam ad operandum determinate, quam ad determinate non operandum: ergo nequit in entitativa, & essentiali voluntatis indifferencia actiua, & intentionali propositionis obiecti stare adæquate libertas voluntatis in actu primo; sed vterius necessitate absolute impediens, vel influxiue ab alio adfusa voluntati excluditur eius in actu primo libertas: ac proinde eiusmodi necessitate ab alio posita non stabit simul absolute libertas ipsi contradicens. Maior prebatur: quia potestas actiua indifferens essentialis, & entitativa voluntatis, quatenus ab ipsa, & per ipsam secundum se sumptam est. Sed huic indifferenti potestati ad vnum determinatum physice ab alio si mobilis physice ab alio sit: ergo neque, repugnat ab alio actiue necessitari absolute ad vnum, non obstante indifferente potestate actiua entitativa, & essentiali voluntatis. Secundo intrinseca entitativa, & essentialis potestas indifferens actiue voluntatis de se non habet sibi identitatem negationem necessitatis absolute ab alio, & physice prædeterminationis, quantumcumque ferreæ, ad vnum: ergo, et si ipsi accidat nihil ipsi contradicens, & repugnans. Tertio actiua, & essentialis hæc indifferencia voluntatis de se ad peccandum, vel non peccandum: quia negationi vnionis hypostatice non identitatur, ac subinde neque negationi necessitatis absolute, & irresistibilis determinationis ad non peccandum, vnionem hypostatice, & absolute inde necessitatem, & irresistibilem determinationem ad non peccandum comparatur, de factoque admitti per vos in Christo Domino, atque à Deo humanitatis Christi vo-

luntas ratione vnionis hypostatice libertatem absolute, & indifferenter absolute actiua potestatem ad peccandum non habuit: sed neque habet voluntas creata sibi identitatem negationem præmotionis physice ab alio, quantumcumque ferrea opus sit, ad necessitatem absolute ad vnum quæpiam actum inducendam: ergo & absolute præmotionem physice ab alio, quantumcumque ferrea opus sit ad necessitatem absolute illius actus inducendam voluntati voluntas pati potest, ac sine vlla repugnantia, & contradictione patitur. Confirmatur: quia, vt superius ostendi, cum vnione hypostatice iudicium, seu propositio indifferens obiecti prosequendi, vel fugiendi ab humanitate Christi ad præcepti obseruationem adfuit. Et eodem modo, quo practice indifferens ad transgressionem voluntati humanæ Christi non fuit, nec voluntati humanæ Christi ab alio ita ferreæ prædeterminata, ac præmotæ physice ad vnum actum, vt absolute ab alio necessitaretur, practice indifferens esset ad eius actus omissionem propositio: quare, sicut cum necessitate absolute non peccandi non coniungeretur libertas absolute voluntatis illi necessitati non peccandi absolute contradicens, quia propositio practice indifferens non peccandi ob peccati impossibilitatem cum vnione hypostatice non adit: ita nec tunc adesset libertas ad omissionem actus, ad quem præmotione illa necessitaretur absolute: quia propositio indifferens speculative, practice indifferens non esset ob omissionis cum præmotione physica necessitante impossibilitatem.

10. Quatio inde arguo intrinseca de se indifferencia, & essentialis propositionis obiecti necessaria ad libertatem nullo adueniente auferri potest, quando illa persistit entitativæ; & tamen extrinseca posita vnione hypostatice, & aliis, potest per vos impediri, ne habeat rationem practice indifferencie necessariam ex parte intentionalis indifferencie vt libertatem absolute voluntatis in actu primo de facto constituat: ergo entitativa intrinseca, & essentialis indifferencia actiua voluntatis de se, etiam per stans, poterit extrinsecus ad vnum extremum impediri, atque ad aliud absolute ab alio extrinsecus actiue physice necessitari si mobilis ab alio absolute voluntas sit. Confirmatur, quia potest essentialis illa actiua indifferencia voluntatis in se persistens necessitari absolute ad vnum ab alio nempe a iudicio, seu propositione determinata, ac determinate: ergo, & ab alio actiue physice, si ita mobilis æque ab alio sit, atque est mobilis intentionali per obiecti propositionem determinatam, & determinatam intentionali: quia voluntas, cæca potentia cum sit, essentialem dependentiam habet à motione intentionali propositionis obiecti, neque adduci aliquo, retrahere potest, nisi ad vtrumvis propositione bonitatis, & malitiae obiecti: quod ipsum responderi potest ad quartum argumentum principale: nimirum intentionalem motionem propositionis indifferens esse essentialiter dependentem, & subordinatam indifferencia actiue voluntatis, quæ alterius generis est, ac proinde ex eius impotentia absolute actiua ad vnum posse amittere rationem practice indifferencie necessariam, vt de facto libertatem voluntatis in actu primo constituat. In suo autem genere, neque intentionalem propositionis indifferens de se intentionali, neque actiua voluntatis de se indifferenciam actiue physice posse ab alio absolute necessitari. In primis solutio hæc, quatenus docet neutram indifferenciam physicam actiua, & intentionalem entitativam, & essentialem posse in sua linea sua, & veraque coniunctam, adæquate libertatem voluntatis in actu primo constituere, pugnat cum his, quæ ad id statuendum adducit: scilicet propositionem entitativæ, & representatiue, ac speculative indifferenciam amittere rationem indifferencie practice necessariam, vt ex parte sua de facto libertatem voluntatis in actu primo ad peccandum v. g. constituat, atque à Deo ab eius ex parte sua constitutione impediri: quia ex parte potentie actiue voluntatis absolute non est actiuitas indifferens physice ad peccandum, in humanitate Christi v. g. atque hæc indifferencia actiua, & physica voluntatis

voluntatis non auferatur, neque impeditur, quominus absolute talis vere dicatur, ac sit, & ex parte sua voluntatis humane Christi in actu constituat, ab alio, non intentionaliter, sed physice absolute necessitante voluntatem Christi ad non peccandum per actum physicam inductionem vnionis hypostaticae in Christi humanitatem: ergo statui initio solutionis huius actum indifferentiam physicam entitativam voluntatis in eadem linea physica ab alio posse, auferri seu impediri, quominus ex parte sua illius linea libertatem voluntatis in actu primo constituat. Contra secundo: quia stante propositione obiecti indifferente secundum se potest coniungi cum illa intentionalis determinatio, & necessitas ad vnum: vt in Beatis, & Christo, adhuc in hac vita, Deum vidente cernere licet: qui nouit commoda, & incommoda amplexandi passionem, & mortem preceptam; & tamen visione Dei intentionaliter necessitabatur ad mortem preceptam amplexandam, ita vt eam, non accipere non posset ex vi praevis intentionalis determinationis illius per visionem Dei, etsi vnio hypostatica abesset: ergo indifferentia intrinseca intentionalis in eadem linea intentionalis determinationem, & necessitatem absolutam ad vnum compatitur, potestque absolute impediri, ne de facto libertatem voluntatis in actu primo constituat.

II. Illud de essentiali dependentia voluntatis à propositione obiecti ad operandum, ac proinde ab indifferenti propositione illius, vt ex libertate & potestate absolute indifferente operari valeat, & operetur, nihil ad confirmationem enervandam praestat. Solum enim probat sublata indifferente obiecti propositione per determinatam, & determinantem ad vnum propositionem absolutam voluntatis in actu primo necessitatem induci, atque aboleri oppositam absolutam eiusdem in actu primo libertatem: quod omnes fateamur. Inde arguimus ex potestate inducendae necessitatis voluntati motione intentionalis ab alio, posse. Etiam ab alio praemotio physica absolute necessitatem in nostram voluntatem cum sua entitativa indifferencia actiua persistentem induci. Quod enim ex defectu essentialis requisiti petire libertas possit, non tollit, quod aduentu alterius non essentialiter requisiti possit etiam absoluta necessitas operandi succedere. Ecce ad tuendam vitam naturaliter alimento opus est: quare eius defectu mors euentura naturaliter legitime inferitur; & tamen abundante alimento febre, ferro innumerisque aliis naturaliter etiam induci potest. Cuius ratio est: quia res omnes non solum defectu requisitorum, vt sint, atque persistent, sed aduentu contrariorum possunt petire. Contra secundo arguo, & rationem proximam confirmo. Quia voluntas creata non pendet essentialiter physice, aut intentionaliter in sua operatione ab vnione hypostatica: ea tamen, è superfluo, data à Deo humanitati Christi necessitatem absolutam non peccandi in humanam eius voluntatem induxit, atque absolutam illius libertatem abtulit ad peccandum: ergo libertas voluntatis intrinseca, seu potestas indifferens de se se entitativa non solum defectu alicuius requisiti essentialiter, vt absolutam libertatem operandi, vel non operandi cum illo constituat, potest impediri absolute ne absolutam libertatem constituat, & absolutam potius necessitatem operandi patiatur, vel non operandi: sed id etiam potest illi aduentu alterius ad operandum non requisiti contingere. Tercio demum esto: nequeat necessitati entitativa actiua potestas voluntatis indifferens de se se nisi defectu alicuius requisiti essentialiter ad operandum, vel non operandum, seu aduentu oppositi, & pugnantis cum eo requisito (vt contingit cum adest propositio determinata, & determinans ad obiectum propositum prosequendum) atqui non minus, sed multo magis, & principalius pendet voluntas creata, qua creata à decreto Dei concurrendi cum ipsa, & (vt aduersariis placet) à physica eius praedeterminatione, & praemotio ad operandum quicquid operatura est: ergo, si decretum hoc, & praemotio physica determinata ad vnum sit, & subinde determinans, ac praedeterminans ad illud vnum voluntatem, entitativa eius potestas de se se indifferens necessitabitur absolute ab alio ad operandum, nec habebit absolutam ad operandum, vel non operandum li-

bertatem. Probatur consequentia posito decreto illo de se efficaci, & concursu, seu praua motione, & praedeterminatione Dei requisitis per vos essentialiter à voluntate ad operandum ponitur determinatio praedeterminans ad vnum incompatibilis cum decreto efficaci etiam de se, & praedeterminatione ad extremum oppositum essentialiter requisito ex parte actus primi, vt possit absolute oppositum hoc extremum à voluntate potestate actiua entitativa de se se indifferente apponi: non minus, inquam, requisito, sed magis, ac principalius, quam propositio obiecti, vt in illud voluntas, quia caeca potentia est, ferri absolute possit: sed per te appositione propositionis obiecti determinatur, ac determinans ad eius prosecutionem, & incompatibilis cum propositione, saltem practice, & motiue, indifferente determinatur ex parte actus primi, & necessitatur absolute voluntas ad operationem prosecutionis, quia deficit propositio practica alterius partis cum propositione determinata, & determinante repugnans, à qua essentialiter voluntas ad eam partem sequendam dependet: ergo decreti de se efficaci, & praemotio physica ad vnam partem appositione inducitur voluntati absoluta necessitas illam exequendi: quia deficit necessario eo posito aliud essentialiter requisitum ex parte actus primi, vt aliam partem sequi voluntas possit.

12. Nec satis respondebis: praefinitionem praedeterminatam, & prauum Dei concursum, seu praemotio nem physicam, requiri quidem ad operationem, non ad potentiam voluntatis absolutam operandi, cuius proinde indifferencia actiua pro signo potentiae, ad quod praefinitio nec requiritur, nec spectat, auferri absolute, aut impediri praefinitione, aut praemotio physica nequeat. Neque enim quidquam requisitum ex parte actus primi ad operationem, & siue quo ex parte actus primi posito operatio esse nequit cognitum à Philosophis & Theologis est, quod ad potentiam operandi absolute non spectet: sed praefinitio praedeterminata, cuiusque promotio requiritur per vos ex parte actus primi voluntatis ad quamvis operationem voluntatis: ergo ad potentiam operandi absolute talem, siue ad posse absolute, nec solum ad operari: quare ad eam partem, ad quam positione decreti de se efficaci ad oppositum praefinitio praedeterminata non fuerit, nec posse absolutam voluntatis erit, quod generale argumentum est de omnibus requisitis ex parte actus primi, vt comprincipis, vel vt applicationes ad operandum, quo pacto solum requiri suam physicam praemotio nem Thomistae aliquot volunt sed ex requisitis ex parte actus primi ad absolutam potentiam operandi, vt comprincipia partialia (quomodo praefinitio, seu decretum Dei efficax concurrendi cum voluntate creata,) est adhuc euidentius spectare ad absolutum posse operari. Car enim ex diuersis causis partialibus eiusdem generis, altera ad absolutum posse spectet; altera ad idem absolutum posse, quod aequè in eodem genere causae constituit, non spectet? Denique impugnatur solutio, quia aequa facilitate, & maiori ratione dicitur indifferenciam intentionalem propositionis vtriusque partis obiecti non requiri, & spectare ad absolutum posse operari voluntatis, sed solum ad operari: quare neque sublata practica propositione vnus partis praedeterminata, ac determinantem propositionem partis alterius auferri absolute posse voluntatis ad illam: siquidem obiecti praefinitio solummodo, vt conditio, ac non, vt principium actuum (in quo genere tota indifferens absoluta potestas voluntatis requiritur) praecedat. Hoc autem & contra sententiam Thomistarum ea distinctione reuocatum est, & contra ipsos concludit: quod sicut determinatio intentionalis per propositionem alterius partis obiecti determinatam, & determinantem voluntatem ad vnum atque excludentem practicam propositionem partis alterius, ac subinde indifferenciam intentionalem motionis practicae vtriusque partis non obstat quod solutio requiratur ad operari, non autem ad absolutum posse operari euerit per hanc libertatem voluntatis in actu primo: ita etiam determinatio siue extrinseca praefinitionis suae, & intrinsece indita physice praedeterminationis, & si solum ad operari requisita sit, non ad posse

posse absolutum operari, eius libertatem euerteret: quia præfinitio alterius partis requiritur, & si non ad posse operari, illam tamen ad operari excludit. Sed de hac distinctione plura dedimus q. 7. argumento alio ab auxilij sufficientis eliminatione contra Thomisticas præfinitiones petito agentes: nec pauciora has eisdem solutiones de iudicio indifferenti, & potestate entitativa voluntatis eadem quæstione confutantes.

13. Quinto principaliter arguo. Necessitas absoluta voluntatis in actu primo opposita absolute eius libertati in actu primo opponitur formaliter actiue voluntatis indifferentiæ in actu primo. Patet liquidem libertas absoluta voluntatis in actu primo id ipsum, quod actiua voluntatis indifferentia absoluta in actu primo, est omnium, etiam aduersariorum, sententia: quare implicat necessitatem absolutam voluntatis in actu primo eius absolute libertati in actu primo repugnare, & contradicere, quin & absolute eiusdem actiue indifferentiæ contradicat; alioquin enim eidem ipsi termino, & extremo contradiceret, & non contradiceret. Inde eadem euidentia infero secundo: ergo, quod contradicit absolute indifferentiæ actiue voluntatis in actu primo, absolute eiusdem voluntatis necessitas in actu primo, libertati eius absolute in actu primo contradicere, est. Patet etiam consequentia. Quia, si libertas in actu primo, & indifferentia actiua voluntatis idem omnino realiter formaliter sunt, & eidem debent contradicere: quare, cuiuscumque contradicit indifferentiæ actiue voluntatis, debet etiam libertas eius in actu primo contradicere: alioquin idem eidem contradiceret, & non contradiceret. Sed potest dari persisteret voluntate, cuique entitativa indifferentia, & indifferentia intentionali per indifferentem obiecti propositionem, (imo de facto datur in aduersariorum sententia) quod contradicit indifferentiæ actiue absolute voluntatis: ergo eidem persisteret potest dari, de factoque datur necessitas absoluta voluntatis eius libertati in actu primo contradicere. Consequentia negari non potest, quia negans ad contradictionem secundi consequentis cogitur, quod est vicina huius syllogismi Maior. Minor autem subiuncta probatur. Nihil magis, & immedieus contradicit actiue indifferentiæ absolute voluntatis in actu primo ad vnum, quam eiusdem actiue absolute determinatio in actu primo: at si voluntas mobilis physice ab alio sit, potest dari absoluta eiusdem actiue determinatio in actu primo: imo datur per aduersarios ea in actu primo determinatio ad vnum, cum extrinseca prædeterminatiue præfinitionis nostrorum actuum, tum intrinsece inhærens physica qualitas præmouens ad actiue voluntatem ad actum præfinitum, quæ ipsi parentibus physica actiua prædeterminatio est itate voluntate, eiusque intrinseca indifferentia intentionali propositionis obiecti indifferenti: ergo potest dari, imo per aduersarios de facto datur, aliquid contradicens absolute indifferentiæ actiue voluntatis in actu primo: ergo potest dari absolute, & de facto datur absoluta necessitas ad operandum stantibus iudicio indifferenti, & entitativa indifferentiæ actiua voluntatis de se, in secunda consequentia illa discussus huius iam demonstrare deficiat. Hoc autem est, quod contra aduersarios contendebarum si mobilem physice ab alio voluntatem esse velint, ut physica eorum præmotio, & prædeterminatiua præfinitio respectu nostre voluntatis locum possint habere. Vtcrius vero probatum obiter est præfinitionem prædeterminatiuam, & physicam, prædeterminationem, suo quamque gradu voluntati nostre absolute simpliciter talem, & antecedentem necessitatem ad operandum absolute eius indifferentiæ actiue, & libere præfinitionem actuum nostrorum, inducere: ac subinde præfinitionem actuum nostrorum, & physicam prædeterminationem Thomisticas voluntatis nostre libertatem in actu primo destruite: proindeque, & eorum in actu secundo libertatem euertere, de quo proluxa, neque erugis nobis concertatio per quatuordecim tota certamina q. 7. conuenit cum aduersariis fuit: quare extremæ huius parti videris, & copiosius demonstrandæ nunc abstinere. Vt breui latè probatur, nostrum hoc argumentum se colligam vel voluntas est physice mobilis, vel non est physice mobilis ab alio. Si potestrem præfinitio

vestra prædeterminatiua, & illam subsequens physica prædeterminatio voluntati nostre sunt impossibiles: si primum positum etiam actiua entitativa indifferentia voluntatis de se potest absolute actiue necessitari, & determinari in actu primo ab alio ad vnum, quod absolute eius indifferentiæ actiue (quæ idem cum eius libertate in actu primo omnino est) contradicit: imo per aduersarios adest in præfinitione prædeterminatiua Thomistica, & inde orta prædeterminatio: ergo cum præfinitione prædeterminatiua Thomistica, quæ mobilis ab alio physica admittitur voluntas, non stat voluntatis nostre libertas.

CERTAMEN II.

A peculiaribus absurdis eadem præfinitiones impetuntur.

1. **V**ulgaria quidem absurda hæc, in quæ præfinitio. res hosce egimus: adeoque prope, & ad plenum naturalis rationis lumen, & limen posita, ut ita im, ac eorum sententia auditur, nullis ad rei meditationem, & laborem temporis inducitis vitronce ea omnia occurrant. Cum tamen nulli eorum elapsio fere integro sæculo, ex quo nostrorum cum Dominicanis Paribus exorta controuersia est, alio, quam vocum, & vocum vacuum multiplicatione inutili verbo, aut scripto fuerit ab illis obuiarum (ut ex recitatis, & confutatis eorum solutionibus facile constat,) quam inde ea argumenta apud alios prudentes rerum æstimatores laudem fuerint assecuta referre omitto: satis enim inde constat, quam merentur. Alias enim reuocatas nostras (acutioribus fors notissimis) euidentis discussus notas ignorat, quam nullam à cunctis, mulcumque conantibus, illius robur infringi, eique nunquam satisfieri. Quod autem ea omnia, quæ hactenus à nostris, & à nobis contra ipsos deducta absurda, & instructa ex eis argumenta sunt, statim sese solo rationis lumine absque alio pene studio, & labore prodant vel inde monstrantur: quod ea omnia à litis huius initio & conuentione, (ut aiunt) ex Doctorum societate ubique certarum commorantium, ac separatim ea de re scribentium discursu omnino concordia ea omnia anno 1599. Clementi VIII. contra præfinitiones hæc per bonæ memoriæ Præpositum nostrum generalem R. Claudium Aquauia 22. Februarij representata à societate nostra sunt. Cum enim eius Pontificis iussu à societate causæ, ob quas præfinitiones, & prædeterminationes Thomisticas tantopere abhorrentur quærentur, rescripto (cuius originale Romæ apud nostros adferatur) Cardinali Madruccio tradito in hæc verba respondit. Quæ etsi de prædeterminatione, gratiaque de se efficaci prædeterminante (de qua nihil hic dicimus) vix plurimum sint. Loco tamen prædeterminationis, seu auxilij efficacis prædeterminantis (quæ transcriptionis fides mutare non permittit) præfinitiones diuinas de se efficaces intelligi volumus, & substitui.

2. **Q**uia in re grauissima, & ex qua magna pars Theologia supernaturalis pendet, nouam doctrinam prædeterminationis voce introducunt, quæ nullo authoritatis fundamento, sacrarum litterarum, Conciliorum S. Augustini, & aliorum sanctorum Patrum, D. Thomæ, vel antiquorum scholasticorum, Aristotelis, vel grauis cuiuspiam Philosophi nititur: sed, cum hac ipsa prædeterminationis opinio, tum quæ ex ea deducuntur illis omnibus non obicere repugnant: ac præsertim plurimis D. Thomæ sententiis, quæ cum hac prædeterminatione nullo modo coherent. Secundo: multa, quæ ex ea consequuntur sunt eis valde contraria, quæ Lutherus, Caluinus, alique nostri temporis heretici docuerunt: atque adeo multi sunt, qui existiment ea, nec re, nec verbis ab eorum doctrina differre: quare ne heretici nostrorum Doctorum authoritate, ac veluti patrocini abutantur, eam sententiam non putamus amplectentiam. Terio: hæc prædeterminationis recepta sententia nonnulli sacri Collegij Tridentini, præfinitiones, quibus horum

Ipsi ex parte actus primi, vel ligamine, vel extinctio-
ne potestatis appetitus ad illos concipiendos, eisque
mediis inflammandam voluntatem impediuntur: ut cum
Sario ostendimus ibi num. 3. secundo supponendum
est: fomitem, quando fumigat, flammamque motuum
suorum inordinatorum aptum absolute est concipere,
& voluntatem subinde inflammare, ad coque progre-
diendi, & vicerius inflammandam voluntatem habet
absolutam facultatem, neque extinctum esse, nec li-
gatum; sicut nec lignum fumigans, etsi flammam non
conciat, extinctum absolute est: nec canis quando
ad mordendum progredi absolute, & expedire potest
est ligatus. Ex his enim fomitis, & incentivi peccati,
extinctionis, & ligaminis eius metaphoricæ voces à Pa-
tribus, & Theologis penitus sunt. Ceterum tunc fomes
extinguitur, cum manente appetitu in se, & cum sen-
satione etiam interna, tollitur deordinatio per eorum,
que iam dicimus assistentiam. Ligatur vero, cum ma-
nente etiam deordinatione per eorum assistentiam, im-
peditur tamen, ne vel in motus suos inordinatos, vel
vicerius ad similes alios in voluntate causandos progre-
di possit. Ligamen, ne id faos motus ire possit, archi-
sum fomitis ligamen est: Laxius tamen, cum suos
cedendi non impeditur potestas, etsi ad similes in vo-
luntate causandos non relinquatur fomiti facultas ex-
pedit. Ligari enim quempiam strictus, vel largius
contingit ut ibidem num. 4. & 5. dicebamus. Tercio
supponendum est: quod vis de se motu appetitio-
nis circa bonum delectabile in honestum sensatione
interna propolium in appetitu per illam informato,
& sollicito absolute manet non esse peccati incenti-
tum, & fomitem, extinctum, etsi eius vis impediatur,
ligeturque, etiam ex parte actus primi, ne in motus il-
los prodeat, neque eis etiam habitis ad inflammandam
actibus similibus voluntatem: tunc enim vis motuæ,
& incentiva ad eos motus, in qua fomes absolute talis
constitit, non deficit; etsi prodire in eos impediatur:
sicut lignum fumigans incentivum adhuc est, & flama-
tum concipiendum fomes, quando fumigat, etsi
ex aliquo accidenti ex parte actus primi etiam illas
concipere impediatur.

Itaque legem fomitis vim motuam, & incenti-
vam appetitus non destruit, etsi impedit ne in
actum prodeat, siue suorum motuum, siue similitum
in voluntate; extinctio vero formaliter vim ipsam
motuam appetitus per internam sensationem boni
delectabilis in honesti destruit, ut citata quæst. 7. cert.
num. 1. observabamus. Inde his omnibus, quibus
vis illa motu appetitus censuitur ab actibus circa bonum
delectabile impeditur solum, fomes ligatur: his
vero, quibus aduersæ virtutis assistentia fortius alio agi-
tur fomes extinguitur. Virtus autem alio motu appeti-
tus, mea quidem, & vera, ut opinor, sententia solum in-
tentionalis; in præfinitorum vero prædeterminantium
sententia physica etiam esse potest: quare in mea illa
sententia, quando subiectum mobile absolute inten-
tionaliter, & absolute capax motionis in bonum de-
lectabile in honestum manet (ut viatores reliqui ab ho-
mine Christo, cuiusque beatissima Mater manserunt,
quippe quibus nec vniciis hypotheticæ, nec mater-
nitatis Dei additæ donum) solis donis intentionaliter
motus fortius, quam sensatio interna boni delectabi-
lis in honesti sit, quæque proinde vim eius sensationis
motuam intentionaliter longe superent, vincant & pro-
fusa debilitat extingui peccati fomes potest, ut diceba-
mus de Adamo, & Eva in statu innocentie, & Beatis in
Patria co. cert. 2. num. 5. in præfinitorum vero sententia,
cum mobilis physice ab alio voluntas nostra etiam affe-
ratur, non vis sola intentionaliter motuæ, sed physice
etiam motu in oppositum attendenda erit, & compa-
randa cum vi motuæ intentionalis sensationis internæ, ut
alterutra ab alterius robore præstantiore, maioreque
seatur: atque per physicam in oppositum motuam vir-
tutem intentionalis illa sensationis ita ementur, ac dif-
ferat, ac si non esset, subinde quæ fomes extinguitur.
Hæc, & de se perspicua, & citata q. 7. fultus explicata, &
probata, atque ad distinctionem a ligamine, & extinctio-
nis fomitis peccati (in qua assignanda Theologi com-
Christoph. de Orthog. de Deo Vno. Tom. 1.

mupit hallucinati hætenus sunt) omnino certa, & ne-
cessaria ex quibus expedita omnino pronaque virtutis
que absurdi contra præfinitores hosce probatio. Et
primo quidem de ligatione fomitis in fere omnibus
adultis aliquando, & de extinctione aliquando in fere
cunctis prædestinatis, & in omnibus in gratia confir-
maris.

De ligamine fomitis constat inferre omnibus, &
singulis aliquando quia adultus vix vnus, aut alter inue-
niatur, qui pro breuissimo tempore post gratiam recu-
peratam penitentiae virtute, vel Sacramento, peccet
vilo peccato: ad quod opus est, ut minimum abili de-
cretum efficac concurrenti cum voluntate, ad affectus
circa bonum delectabile in honestum, vel adit etiam
decretum non concurrenti ad eiuſmodi affectus cum
illa: atque negatione decreti concurrenti, seu deere-
to non concurrenti ad eiuſmodi affectus voluntatis impet-
ditur ex parte actus primi ne inflammet in illos volun-
tatem, ligaturque ne noceat voluntati, etsi non ligetur,
ita arcte, ut motus etiam materialis appetitus impediatur:
ergo absolute fomes peccati ligatus est. Maior est ad-
uersariorum doctrina certa est. Cum enim quis perfecte
conteritur de peccatis habet, vel virtuales, implicitum,
vel formale, & explicitum propolium non peccandi
peccato vilo: idque ob Deum summe dilectum: imo
etiam cum imperfecta, vel non ita nobili contritione
conteritur, si sufficienter ad remissionem peccatorum
in Sacramento conteritur, vel explicitum, vel implicitum
salutem, non peccandi de cetero propolium, etsi
ob minus perfecta motu non potest non habere: cum
autem propolium hoc, nisi ex præfinitione diuina de se
efficaci ipsius esse in aduersariorum sententia nequeat;
& cum hac pugnet decretum concurrenti pro eius pro-
positi duratione, ad quamvis actionem peccaminosam
necessarium, ut ea esse ex parte actus primi absolute
possit, dubio procul fomes pro ea duratione, & tempore
ligatus, ut minimum est. Minor euſdem syllogismi de
se patet, & à communi Theologorum etiam aduersario-
rum est admissus. Siquidem ex defectu essentialis cuiusvis
comprincipij ad quamvis actionem alterum comprincipij
quantumvis de se, & ex parte sua potens, & deter-
minatum ad illam impeditum ex parte actus primi, & li-
gatum absolute est, ne agat: consequentia vero est le-
gitima. Etsi enim appetitus sensitivus in motus suos pro-
prios circa bonum delectabile in honestum progredi
absolute, & expedire possit, decreto concurrenti ad si-
miles actus voluntatis deficiente, siue aditane de-
creto non concurrenti ad illos ligatus est, ne ad actus
illos voluntatis, & ad nocendum illi progredi possit: quo
factis habetur, ut ligatus absolute sit, ac dicatur. Quem-
admodum rabidis, & infectis hominibus canis, etsi non
ita arcte ligatus, adstrictusque columnæ sit, ut mouere se,
& progredi paululum nequeat, si tamen, ita sit ligatus, ut
ad locum, ex quo nocere hominibus possit progredi
nequeat absolute ligatus dicitur. Hoc autem fomitis
ligamen absolutum in prædestinatis, & confirmatis in
gratia (eiuſmodi Apostoli certo fuere, ac pie, satisque
Theologie insignes illustrium Religionum Patriarchæ
sancti fuisse creduntur) diuini, & habitualiter in præ-
finitorum sententia extitisse planum ex dictis est: siqui-
dem decretum Dei præfinitum, siue decreta obser-
uantie præceptorum pro toto tempore vite, ex quo
gratia illis ad mortem vsque, & Dei prædeterminatione
de se efficaci, & confirmatione in gratia conferuanda
est, decretum non concurrenti ad peccatum vllum,
siue omissionem decreti concurrenti ad illud adiunctum
habet: quare, & habitualiter fomitem ligatum, &
impeditum in illis reddit.

Aburdi euſdem pars secunda de fomitis extin-
ctione pro tempore, ex quo ad finem vsque vite gratia
in prædestinatis, & præcipue confirmatis in illa est per-
sistit, probatur ex dictis: quia prædestinatio, & confir-
matio in gratia, horum sententia, stat in præfinitione de
se efficaci conferuati gratie vsque ad mortem dura-
tura: & conferendi physicam prædeterminationem ad
non peccandum toto illo tempore, idque omnino inde-
pendenter à prædestinatorum, & confirmatorum in
gratia libertate; alioqui, ut hi discunt, nec præ-
destinatio, nec confirmatio in gratia speciale Dei

A a a a b e n s

quo reperitur, supernaturalis sit: ac proinde, & prædicatum illud ac titulus in eo fundatur materialiter supernaturalis solummodo est; atque tam hic, quam, quæ ob illud à Deo decernuntur, & donantur, supernaturalia, & ultra debitum naturæ, atque ob Christi merita, & ex eius gratia formaliter, nec sunt à Deo decreta nec donata: quia id solum formaliter supernaturalis est, & supernaturaliter à Deo decernitur, & donatur, quod titulo supernaturalis formaliter prædicati rerum à Deo decernitur, & donatur.

3. Ecce vbiatio habitus supernaturalis, non est supernaturalis formaliter, quia decernitur illi daturque à Deo titulo prædicati entis, quod supernaturalis formaliter non est, atque idem ipsum formaliter in entibus omnibus naturalibus inuenitur; est in supernaturalibus habitibus, in quibus identice est, materialiter sit supernaturalis prædicatum. Confirmatur, & explicatur clarus in sententia satis communi Philosophorum, qui sola quantitatis præsentia accidentia omnia vbiati censet: quæ utique etiam naturalis pro habitibus supernaturalibus, imo & eadem quæ pro naturalibus erit. Quod ipsum de habituum duratione si à durate distingatur duratio dicendum omnino est. Tertiò cum habitus supernaturales ad supernaturales actus eliciendos potentia naturali dentur, ut eis utatur, atque prohibet, & ex natura sua potestate indifferente, & domino (si libera potentia sit, uti ad supernaturalem etiam habituum vltimam libera est creata voluntas) sit plane præmissionem, & concursum præuium voluntatis intrinsecæ, & naturæ potentie, æque eis habitibus vltimæ pro libito, & ex naturali suo domino, & potestate indifferente à Deo decerni, & donari, non autem supernaturales habitibus, qui eius potestati, quoad vltimam subduntur, est, ut eius complementa ex parte actus primi supponantur. Nec refert habitus illos esse totam virtutem, & rationem agendi actus supernaturales in horum sententia. Primò: quia statim ex sententia præmissionem, quam modo impugnamus, deducemus habitus supernaturales, non totam quidem, sed nullam virtutem, & rationem agendi esse posse. Imò nec dari in nobis habitus supernaturales ad supernaturales actus vltimos, quo tota solutio, quam modo inflectamur penitus euanescit.

4. Sed quocumque modo ea sententia de tota ratione, & virtute agendi actuum supernaturalem pro habitibus supernaturales explicetur, suas tamen partes in illis agendis voluntatis, siue ut quod, siue in ratione potentie actus, est non ut quo & in ratione virtutis deferunt deferreque Thomistæ voluntati nostræ necessario debent, ne Tridentino aperte, & hæretice aduersentur: & earum partium ratione vltimam supernaturalem habituum potestati domino, & facultati indifferente de se voluntati nostræ subdi, ac subiacere: ex quo impugnatio hæc tertia perit firma. Nam præmissio, & concursus præuius Dei ad determinationem eorum habituum vltimam necessarius, ei qui Dominus vtendi eis habitibus est. Tituloque eius dominij, & indifferente potestatis habendi à Deo, ac preparandi sunt; non autem eis qui suæ, quoad sui etiam vltimam, potestatis non sunt, scilicet habitibus supernaturales: cum autem indifferens illa de se potestas, & dominium voluntatis, quoad habituum, etiam supernaturalem, vltimam, naturam, ipsique ingentia, & naturalis sit, præmissio quæ eius dominij titulo à Deo habetur, & concursus præuius, qui eo etiam titulo ab ipso voluntati donatur, naturalis, iureque naturæ debitus erit, non supernaturalis, gratiæ Dei per Christum.

5. Ne vero æstimes nos eidem difficultati, & absurdo subiacere: etenim neque gratiæ auxilia ex meritis Christi nobis ad quovis honestos actus, etiam pure naturales, quoad substantiam, data, ut fatemur, æque, decretum prædestinationis, & de facto conueniens ad eos actus eliciendos, quod supra nostræ, imo & totius naturæ vires, & exigentiam concipit Deus, cum concursu, ac decreto concurrendi, quod titulo potestatis indifferente, & dominij ad vltimam, & suæ virtutis, & cuiusvis potestatis sibi adiunctæ ad

actus eliciendos Deus concipit, & ex quo pro voluntatis libito concurrat identice: quare etiam decretum concurrendi (quodcumque sit) eo titulo à Deo habitum, nec supernaturale, neque è Christi meritis sit, ut dicebamus; tamen prædestinatio, & voluntas quævis diuina nobis auxilians, & auxilia ex illis collata, siue, ut absolute eos actus possumus, siue, ac facto eos actus operemur, supernaturalia saltem quoadmodum sunt, si actus naturales quoad substantiam sint, atque è Christi meritis, & decreta illa à Deo concipiuntur, & conferuntur auxilia. Ceterum cum Dei concursus cum voluntate nostra non præuium, sed identice nostrum comitari asseramus ad supernaturales actus supernaturalem esse absolute asserimus, sicuti, & concursus nostrum: quia uterque concursus cum concursu habitus supernaturalis identice est, est quatenus à nobis, & à Deo, quatenus ex se est suam cooperationem asserente, & domino, ac potestati voluntatis; quoad vltimam eius, & habitus permittente supernaturalis non sit. Decretum autem quo eo titulo concursus non prædeterminatum offert voluntati omnino est naturale, ut contra Thomistæ dicebamus: neque concursus, si præuius esset, ut Thomistæ voluntatis, altioris ordinis absolute esset, ob rationem datam: quia est de concursu, cooperatione & operatione supernaturali sit, tamen titulo, & ex motu pure naturali conceptum illud decretum à Deo est, ut diximus, nec nostræ operationi supernaturali identificatur, cui præuius horum sententia est, ac natura præcedit.

6. Vnde cum absurdum principale (& quo, ut dixi solutio argumenti, quo decimum absurdum probabamus prolixius euerit) contra præfinitores prædeterminatos est. Omnem habitum supernaturalem cum in via, tum in patria esse omnino superfluum: quare ne vtroque à Theologis, si præfinitores prædeterminatos admittantur esse admittendum. Hoc autem, & contra ipsorum Thomistarum doctrinam est. Siquidem si ij habitus non sunt, non tota virtus, & ratio agendi actus supernaturales & mordicus contendunt ipsi sed nulla prolixius eos agendi ratio, & virtus erunt: Siquidem quod non est nec ratio, & virtus agendi aliquid, neque aliquo modo, siue, ut quo, siue, ut quod, alicuius actuum esse potest. Sed hoc, est ipsi inconsequens incommodum, & ingratum esset, veritati tamen, & Theologiae gratissimum foret: siquidem à dissensa ea opinione decerneretur. Absurdior tamen est ea habituum supernaturalem sublatio. Quandoquidem eos negare, siue in patria, siue in via temerarium, & erroneum est: atque de habitibus supernaturales fidei, ipsi, & charitatis in via hæretis expressarum in Baptismo parulis etiā (in quibus earum virtutis actus loci non habent, sed habitus solum) fidem, spem, & charitatem infundi definitum à Tridentinis. Quod autem admissis eiusmodi præfinitionibus prædeterminatis ad actus supernaturales, & præuius Dei concursibus & præmotionibus physicis, quas concernunt, nostrisque voluntatibus ad illos eliciendos deferunt, ac deuoluunt, supernaturales quidem, ut catholice debent aduersarij tueri, atque ex meritis Christi, nec solum ex natura iure, & titulo à Deo conceptis, & datis supernaturales habitus ad illos actus eliciendos superfluant, sintque proinde & Theologia, & medio, ut dicitur, tollendi facile ostenditur.

7. Etenim, quoties ex parte principij actui inuenitur id, cui omnia prædicata effectus, seu actus sufficienter respondent, quodvis aliud principium ex parte principij illius ad eos effectus, & actus superflui, estque in omni bona philosophia, & Theologia ex parte principij relegandum: atqui posita præfinitione prædeterminata supernaturali, & ex meritis Christi ad actus supernaturales in eorum conuenio inuenitur ex parte principij actui id cui omnia prædicata actus supernaturales sufficienter respondeant ergo posita præfinitione prædeterminata voluntatis ad actum quemvis supernaturalem, quodvis aliud principium, ac proinde supernaturalis habitus ex parte principij, ad eum actum superflui, estque in omni bona philosophia, & Theologia relegandum. Maior est axioma, dignitas, ac definitio causæ tam absolute, quam in quouis causæ genere, adeoque ab schola tota Thomistica, potiusque, & maiore